

# LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

---

BEROLINI  
APVD WEIDMANNOS  
MDCCCCV

# CONSPECTVS OPERIS

	pag.
<i>Conspectus subsidiorum et explicatio signorum . . . . .</i>	VI
<b>PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PER-</b>	
<b>TINENTES</b>	
Cap. I. <i>De singulis legum novellarum syllogis . . . . .</i>	XI
Cap. II. <i>Codices corporis Maioriani (primae syllogae) . . . . .</i>	XXV
Cap. III. <i>Codices Breviarii (alterius syllogae) . . . . .</i>	XXXI
Cap. IV. <i>Codices tertiae syllogae . . . . .</i>	XLIII
Cap. V. <i>Excerpta. Breviarii epitomae. Varia . . . . .</i>	LV
I. <i>Ex syllogis Orientalibus excerpta . . . . .</i>	
II. <i>Ex syllogis Occidentalibus excerpta . . . . .</i>	
III. <i>Breviarii Alariciani epitomae . . . . .</i>	LXI
IV. <i>Breviarii minora . . . . .</i>	LXIII
V. <i>Libri latentes vel deperditi . . . . .</i>	
Cap. VI. <i>Legum novellarum editiones et apparatus . . . . .</i>	LXV
Cap. VII. <i>Crisis legum novellarum . . . . .</i>	LXXVII
A. <i>Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6) . . . . .</i>	
B. <i>Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata . . . . .</i>	LXXXIX
C. <i>Leges novellae Anthemii . . . . .</i>	XC
Cap. VIII. <i>Constitutionum acceptores et tempora locique . . . . .</i>	XCI
I. <i>Constitutionum acceptores . . . . .</i>	
II. <i>Constitutionum tempora et loci . . . . .</i>	XCVI
<hr/>	
I. <i>CORPVS LEGVM NOVELLARVM THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM . . . . .</i>	1
II. <i>LEGVM NOVELLARVM MARCIANI IN ORIENTE PROMVLGATA-RVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT . . . . .</i>	179
III. <i>AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS SEVERI ET ANTHEMII . . . . .</i>	197
<hr/>	
Index titulorum . . . . .	209
Corrigenda et Addenda ad vol. I et II . . . . .	213

B. LEGES NOVELLAE MARCIANI ET RELIQVA  
PER ALARICIANOS SOLOS SERVATA.

Novellae Marciani cum comprehensae non fuerint in corpore Majoriani, totae servantur Breviarii Alariciani et simplicis et aucti codicibus. Id ipsum pertinet ad novellam Majoriani 7, cuius prima sola verba in *I* supersunt. Similiter tradita sunt fragmenta novellae Majoriani 11 et novellae Severi 1 mature ad Breviarium adiecta et in codice eius qui extant omnes recepta. — Iustiniani novellas Marciani 1 — 3 — 4 — 5 excerpserunt. — Ad differentias, quas libri exhibent, potiores cognoscendas laterculum nunc subiciamus locorum graviorum:

Marcian. 1, 6	regeretur] <i>O cum P<sup>a</sup></i>	<i>om. Brev. reliqui, def. ΔGX</i>
— 1, 28	<i>vestro] HNEKLΦ</i>	<i>nostro C, tuo OPMS, def. ΔGX</i>
— 1, 33	maiore (maiorum <i>H</i> , re <i>C</i> ) competenti] <i>HNECΦ</i>	non competenti <i>PMS</i> , maiore non competenti <i>utraque lectione coniuncta KL</i> , def. ΔOGX
— 1, 67	<i>avaritia] HNECKLΦ</i>	<i>auxilia GPMS, def. ΔOX</i>
— —	<i>invidia] HNEKLΦ</i>	<i>indicia GPMS, om. spatio vacuo relicto C, def. ΔOX</i>
— 2, 35	<i>lucra] HNXCKLΦ</i>	<i>solacia OPMS, om. G, def. Δ</i>
— 3, 9/10	tantummodo quae huius iuris esse vere probantur] <i>Iust.</i>	tantummodo quae <i>reliquis omissis Brev. reliqui, om. O, def. ΔG</i>
— 3, 30	et partem] <i>HNXCKLΦ</i>	et (seu <i>O</i> ) quantitatem (-te <i>PMS</i> ) <i>OEPMS, def. ΔG</i>
— 4, 4	<i>inhibita] Iust.</i>	<i>habita Brev., def. ΔG</i>
— 4, 21/22	haec nomina . . . . praescriptum legis excludat] <i>Brev. reliqui</i>	ingenuas set pauperes feminas per hoc scriptum a matrimoniis senatorum lex excludat <i>O, def. ΔH</i>
— 4, 23	<i>penitus] E, putemus NKLΦ</i>	<i>fuisse O, om. GXCPMS, def. ΔH</i>
— 4, 26	<i>fæce] O cum P<sup>a</sup></i>	facile Φ, facere <i>Brev. reliqui, def. ΔH</i>
— 4, 53/56	constantino . . . . definita sunt] <i>Brev. reliqui</i>	idem vel ceteri post eum divi principes de matrimoniis diffinierunt <i>O, def. ΔH</i>
— 5, 10	<i>ecclesiasticos] NEXCΦ<sup>a</sup> cum Theod. 16, 2, 20</i>	clericos <i>OGPMS</i> , clericos ecclesiasticos <i>utraque lectione coniuncta KLΦ<sup>b</sup></i> , def. ΔH
— 5, 12	<i>legeretur] NEXC, legitur Φ</i>	legis <i>GPMS</i> , et leges nobis <i>O, def. ΔH</i>
— 5, 28	<i>firmavi] N</i>	<i>legis legeretur utraque lectione coniuncta KL, def. ΔH</i>
Maiorian. 7, 4	<i>patrias] HNEXC, patrias suas Φ</i>	<i>firmavit EΦ, firmavimus KL, firmanus OGXCPMS, def. ΔH</i>
— 7, 9	præsumptionis supplicium (-cia <i>N, -cem E]) HNEKLΦ</i>	<i>proprias (-pria G) GPMS, possessiones proprias O, proprias patrias utraque lectione coniuncta KL, def. Δ</i>
— —	<i>praeter] EKL</i>	<i>pr. sufficiunt XC, pr. subsidium GPMS, subsidium pr. O, def. Δ</i>
— 7, 10/11	<i>præscriptione] EKL</i>	<i>propter OHNGXCPMSΦ, def. Δ</i>
— 7, 15	<i>siverunt] N, sciverunt KL, se noverunt Φ</i>	<i>præsumptione OHNGXCPMS Φ, def. Δ</i>
— 7, 31	<i>liberis] EKL</i>	<i>quaesi(v)erunt OHGEXCPMS, def. Δ</i>
		<i>om. OHNGXCPMSΦ, def. Δ</i>

Maiorian. 7, 63/64	curialis crimen . . . sub fideius- sione] <i>NEKΦ</i>	<i>om. OXCPMS, def. ΑHGL</i>
— 7, 104	parva] <i>HNXCKΦ</i>	<i>provida GPMS, def. ΑEL</i>
— 11, 5	inprovidas mentes] <i>sic fere Brev.</i> <i>reliqui</i>	<i>improbatis seu O, def. Α</i>
Sev. 1, 6	in unum aut alterum] <i>HNEXCKL</i>	in unum aut iterum <i>PMS</i> , in unum aut <i>G</i> , <i>om. O, def. ΑΦ</i>

De harum constitutionum crisi eadem leges valent, quas in corpore Maioriani invenimus disserentes de Breviarii libris non emendatis (vide p. LXXXI). Duae enim codicum familiae discernuntur, altera deterior, ad quam pertinent *GPMS*, altera melior, quam plerumque repraesentant libri *HNEKLΦ*. Codices *XC* rarius ad deteriorius genus declinant (ut Marcian. 1, 28 — 4, 23 — Maiorian. 7, 9 — 7, 63/64), plerumque melius sequuntur (ut Marcian. 1, 67 — 2, 35 — 3, 30 — 5, 10 — 5, 12 — Maiorian. 7, 4 — 7, 104 — Sever. 1, 6). — Libri *EKL* nonnullis locis soli veram lectionem etiam contra *HNΦ* praebent (ut Maiorian. 7, 9 [altero loco] — 7, 10/11 — 7, 31). Raro *N* solus reliqui praestat (ut Marcian. 5, 28 — Maiorian. 7, 15); *E*, quem Marcian. 4, 23 secuti sumus, hic illic cum deterioribus libris stat (ut Marcian. 3, 30); *Φ* veram lectionem nonnumquam corruptam vel leviter mutatam tradit (Marcian. 5, 12 — Maiorian. 7, 4 — 7, 15). Observatione dignae sunt contaminationes, quas libri *KL* exhibent; saepe enim praeter suae familiae, scilicet melioris, lectionem et deteriorioris usurpant, ita ut duplex in utroque libro lectio inveniatur; eiusmodi ditto-graphiae occurunt e. c. Marcian. 1, 33 — 5, 10 (cum *Φ<sup>b</sup>*) — 5, 12 — Maiorian. 7, 4. — Codex *O* ad has novellas recensendas haud ita multum valet; paucis locis exceptis cum deteriorioris ordinis libris stat. Duo loci, ubi in hoc solo codice verae lectiones reperiuntur recenti libri *P* manu confirmatae (Marcian. 1, 6 — 4, 26), non bonum archetypum, sed Malmesburiensis sagacitatem produnt; conjecturae enim speciem p[re]ae se ferunt. Permag[us] porro est numerus interpolationum eidem Willelmo tribuendarum, quarum paucas in laterculo attuli (ut Marcian. 4, 21/22 — 4, 23 — 4, 53/56 — 5, 12 — Maiorian. 7, 4 — 11, 5); nam omissis vel decurtatis, quae ei videbantur leviora esse, textum quam maxime contrahit. — Hoc denique notamus errores duos nostris libris omnibus communes excerptis *Iustinianis* tolli; reperiuntur Marcian. 3, 9/10 et 4, 4.

### C. LEGES NOVELLAE ANTHEMII.

Anthemii constitutiones tres pariter atque novellae Valent. 2, 2 — 16 — 34 et Maiorian. 9, de quibus supra (p. LXXXVIII) egimus, tertiae syllogae archetypo solo traditae sunt itaque crisis earum tota redit ad libros *ΑΣ* atque *O*, cuius lectiones, sive ex archetypo descriptae sunt sive emendatae a librario, vero plerumque propiores sunt quam codices illi. Sequuntur loci selecti:

Anthem. 1, 2	deum] <i>O</i>	domini <i>ΑΣ</i>
— 1, 7	nostris] <i>ΑO</i>	meus <i>Σ</i>
— 1, 27	credantur] <i>ΑΣ</i>	videantur <i>O</i>
— 1, 38	suorum abhinc vota] <i>O</i>	suorum vota <i>A</i> , vo vata <i>Σ</i>
— 2, 7	defaecatam] <i>O</i>	defectam <i>A</i> , directam <i>Σ</i>
— 3 inser.	impp. leo et (leo et <i>om. Σ</i> ) anthe- mius aa.] <i>ΑΣ</i>	idem augusti eidem preposito <i>O</i>
— 3, 18/19	idonee . . . iure communi quod] <i>ΟΣ</i>	<i>om. A</i>
— 3, 31	tutamen] <i>ΑΣ</i>	certamen <i>O</i>
— 3, 37	hoc perpetuam obtineat firmita- tem] <i>ΑΣ</i>	<i>om. O</i>